



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

233. Sacramentum de incestuoso discidio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

vicinis aut tuis antecessoribus , quòd tu per nullum ingenium , nec propter timorem , aut præmium , aut consanguinitatem celabis Episcopo tuo , aut ejus Misso , cui hoc inquirere jufferit , quodocunque ex hoc te interrogaverit. Sic te Deus adjuvet.

De eadem re.

CCXXXII. Istud juramentum quod Burchard. lib. 7. c. 26. iste juravit de illa parentela quæ inter illum & ejus conjugem computatur , quòd tu illud observabis in quantum sapis aut audisti. Sic te Deus adjuvet.

Sacramentum de incestuoso discidio.

CCXXXIII. Ab isto die jurabis quòd Burchard. lib. 7. c. 27. tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ nomine illi , quæ contra legem & rectam Christianitatem usque in hunc diem tua uxor fuit , nec in conjugio , nec in adultério , vel fornicatione , nec cum illa ad unam mensam manducabis & bibes , aut sub uno tecto manebis , nisi fortè in Ecclesia aut in aliquo publico loco , ubi nulla mala suspicio possit esse , ut ibi coram testibus pro certa necessitate pariter colloquamini. Nec aliam conjugem accipies , nisi fortè post actam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab Episcopo tuo aut ejus Misso. Sic te Deus adjuvet & istæ sanctorum reliquiæ.

Invocatio judicij.

CCXXXIV. De hoc quod mihi reputa- Burchard. lib. 9. c. 79. tum est in hac synodo quòd simul cum ista fe-